





Eigentl. Abbildung u. L. Fr. zu Czernstochau
in Böhmen, nach dem Original v. S. Luca gemahlt.

REFUGIUM PECCATORUM,

Seu

Devotus Afflictorum recursus

Ad

Thaumaturgam Czenstochoviensem

MATREM,

Ibidem jam

Ab annis trecentis sexaginta septem
Gratiis ac Miraculis
clarissimam

à

Fratre XAVERIO ROTTER,
Ordinis S. Pauli primi Eremitæ Pres-
bytero, Ejusdem pro tunc in Alma Pro-
vincia Polona Magistro Novitiorum
collectus,

Ac

Hujus gratosissimæ Matris
piis Clientibus

Velut certum Salutis adjutorium
propositus.

REFUGIUM
MURORUM
oldano a madagaskar
18/5 1951 220496 I



ПІСНІ ХАУСІС РОТТЕР
—
Однієї, що підійде відповідно
до певного вимірювання
—
Насіннєві місця

—
—

Illustrissimo Domino,
DOMINO
FRANCISCO
ADALBERTO
Sacri Romani Imperii
COMITI
DE TENTCZIN,
Sac. Cæsar. Majestatis
Camerario intimo;

Nec non

Dominiorum Byczyn, Hechlow,
Tatischow, Cieszchowice, Megow,
& Parvo-Rozmierz, Schmischow, Sa-
chow, Krawary, Makow, &c. &c.

Hæreditario Domino,

Sacri Ordinis nostri S. Pauli primi Eremitæ
Confratri Dignissimo,

DOMINO AC MÆCENATI
munificentissimo amplissimo.

Illustrissime Comes, Mæcenas amplissime!



Et tamque manifestis Munificentiae documentis, beneficiorumque magnitudine victa devinctaque Tibi sacra Paulinorum Religio, notanter Provincia nostra Polona, obligationis Suæ Tesseram ac debitæ reciprocationis notam exhibere sollicita, vix gratori munere, Comes Illustrissime! Te contentari posse

posse censuit, quam si Tibi thauma-
turgæ Claromontanæ Matri devo-
tissimo, ac in Eadem visitanda Stu-
diosissimo, devoti recursus ac piæ
peregrinationis exhiberet consecra-
retq; Ductorem; quod dum præsentis
Opusculo libens exequitur, partes
suas ex parte egisse autumat.

Illustrissimæ Dominationi
Mæcenati Suo Amplissimo

Obligatissima
Polono-Paulina Provincia.

Cliens Mariane!

Quot orthodoxæ Ecclesiæ scri-
ptores, tot Marianarum Lau-
dum præcones novimus! hinc in-
gens ubique terrarum librorum erga
Matrem hanc divinissimam devo-
tionibus; repletorum est numerus;
huic tamen præsens Opusculum ad-
jici benignè patieris, illudque me-
thodô fructuosé visitandi Thauma-
turgam Matrem Czenstochovien-
sem provisum, gratiōsē respicies, ac
non solum tunc, dum Locum hunc
sacerum personaliter visitaturus es,
aut etiam indies domi tuæ coram E-
jusdem Sacratissima hujus Almæ
Matris Imagine illius usum tibi red-
des familiarem, nōsti equidem:
Mariam ubivis locorum suos audi-
re, & exaudire Clientes.

ORA-



Oratio.

Brevi compendiō complectens atque exponens Originem, Translatiōnem, Miracula, variāsque Gratias thaumaturgæ Matris Czenstochoviensis.

SAcratissima DEI Genitrix Virgo semper MARIA ! en ! coram hac tua thaumatura Effigie humilis Orator procido devotissimè supplicans : cadant ad refocillandum in me deficientem Spiritum de hac locupletissima Divinorum Charismatum Tabula sufficiētes gratiarum micæ . Præprimis autem donum cognitionis hujus ipsiusmet præcellentissimæ Imaginis tuæ . Illuminor jam , Mater divinissima ! atque intelligo : hac admirabili Effi-

gie illam exornari Mensam , ex qua
dulcissimus J E S U S , castissimusque
Josephus Ejus Nutritius non modò
necessariam corporis tecum sumpsere
refectionem ; Verùm etiam quæ fre-
quentissimè amarissimis Filii tui, tuís-
que Virgo clementissima ! profusis
pro salute nostra lacrymis , est con-
spersa. Ah ! cur ego ob propriæ
salutis zelum , & patratorum pœnitu-
dinem scelerum non velim lacrymis
die ac nocte tanquam pane exsatura-
ri ? siquidem : qui seminat in lacry-
mis, in exultatione metet.

Positô tamen , hanc sacram Tabu-
lam dignissima tui Effigie o Mater !
non fuisse ditatam, foret nihilominus
ineffabilis thesaurus , ac omni vene-
ratione major ; ex eo : quod infiniti
Valoris Christi, Tuísque Virgo DEI-
para ! impreiabilibus lacrymis sit de-
libuta. Cùm ergo hic & nunc sacrata
jam prius hæc Tabula , tuam Mater
amabilis ! gratiosissimam speciem , &
formam (cui pro tunc nobiscum ad-
eius
huc

hoc corporaliter vivens, per dulcissimam præsentiam omnem gratiæ tuæ plenitudinem quodammodo infudi-
 sti) beneficiô Artificiosi Divi Lucæ Evangelistæ penicilli superinduerit ; quis quæso illam condignè appretia-
 re, quis sufficienter revereri poterit ? Utinam accenderentur in me reveren-
 tiales illæ pietatis flammæ , quibus collectæ à Te MARIA ! in montis Sion, domum Joannis Evangelistæ
 centum viginti Virgines , exemplari Pietate erga hanc post tui gloriosam in cœlum assumptionem annis pluri-
 bus devotissimè ardebant. Vel verò præ consolationis teneritudine in hoc Divinarum gratiarum pelago absorberer, admodum pectoris religiosissimæ Imperatricis Helenæ , quæ hac donata Icone præ gaudiorum magnitudine spiritum agere videbatur. Et quoniam ineffabile Illius pretium de super edocta ; Constantinopolim deductæ imperialem filii sui Constantini Magni thesaurariam fecit ancillari.

Ubi tu potentissima Domina, terribilis ut castrorum acies ordinata, hostiles Ecclesiæ Imperiique Phalanges, virtute brachii tui murificè prosternebas, eliminabas. Domina Universi! famularetur Tibi & anima mea, inops & abjecta, si modò Tui præsentia dignaretur? Te habitâ, ah! quām mox ditesceret? Secura foret salutis, Te ejus inimicos expugnante.

Ait! post non paucos annorum decursus Constantinopolitanam despexisti sedem: siquidem ibidem exorta Iconomachia, seu sacrarum Imaginum profanatio, Majestati hujus Effigiei tuæ debitam fecerat exulare servitutem. O misericordiæ Mater! nesciat quæso in me cultus tibi debitus acediare, nè aliquando frustrà lamente, me à Te derelictum.

Itaque Carolus Magnus Tui translationem attentat Aquisgranum. Verum non grana aquarum, sed ligna Campi, sed nemora respexisti, jam tunc præludens tuæ præsenti cum Ere-

Eremicolis cohabitationi. Ingrede-
ris proinde Ovis mansuetissima cum
Leone magno partes Polonicas ne-
moribus sylvisque tenebrosas; sed
mox tuæ radiis gratiæ tunc adhuc
veræ fidei lumine destitutam ex Arce
Belzenſi illustras Russiam. Ah lucis
æternæ Genitrix! pietatis tuæ fulgo-
ribus etiam cor meum, densis obscu-
ratum vitiorum tenebris, illumina,
viā quoque mihi ad visionem solis justi-
tiæ clementer ostende.

Cur autem benignissima Mater!
inculta hæc ac desertissima placuit af-
fectare Russicæ solitudinis nemora?
quomodo habitare poteris aut quie-
scere in medio Pardorum, Tartaro-
rum videlicet, & paganorum? Proh
dolor! Ecce Arx Belzensis, Mariana
pro tunc residentia à Tartarorum
exercitu incursatur, impugnatur, &
nemo patitur nisi MARIA; MARIA
in benedicto gratosissimæ Imaginis
suæ collo hostili sagitta gravissimè vul-
neratur, O execrandum scelus! O
faci-

facinus inauditum ! O abominatio-
 nem nefandam, etiam sanguineis ne-
 quaquam sat̄is abluerendam lacrymis !
 Ast vindicat cœlum Reginæ suæ in-
 juriā ; mox enim visibilis Angelō-
 rum Militia hostes aggreditur, cædit,
 delet. O bona Mater ! præserver
 quæsō tua benignitate à simili ausu !
 præserver ab omni lethali scelere, nè
 alioquin criminis læsæ Majestatis Di-
 vinæ reus, tradar in manus gladii,
 mortisque æternæ, pars vulpium in-
 fernalium futurus.

Vladislaus Oppoliensium Dux,
 ejusdem Arcis Belzensis pro tunc
 Propugnator, honori tuo & majori
 securitati consulendo, versus suum
 Ducatum Tecum parat iter. At Di-
 vina Providentia Tibi Matri suæ di-
 lectæ, & ex millibus electæ clariorem
 præparavit sedem ; non in circum-
 data fluentibus undis Oppoliensi Ar-
 ee, sed in patenti, undique facilis ac-
 cessus Czenstochoviensium Promon-
 torio, ubi clarissimos pietatis & omnis
gra-

gratiæ, in universum esse dispersura fulgores.

Itaque anno salutis nostræ millesimô trecentesimô octuagesimô secundô, hunc Montem conscendens Fratribus Eremitis dignata es fieri cohabitatrix. Ex hoc ergo Monte, O Stella lucida & matutina! fac nostra vitiorum opacitatem obscurata corda lumine virtutum clarescere; largire; ut splendore tuæ gratiæ irradiata nebras fugiant peccatorum.

Sed & hic denuò inquietaris mansuetissima Virgo! sæculum neque medium, necdum tuæ hujus Residen-
tiæ quadraginta octo effluxere anni,
& jam ex placita sede à perduelli Hus-
sitarum, Plebe deturbaris? Universi
Domina, terræ cœlique Regina ad
vile rusticale projecta vehiculum,
nescio quo? abduceris? Ast mirum?
vix aliquot stadiorum (ad usque lo-
cum illum, ubi nunc Ecclesia Novi-
tatiis Divæ Barbaræ sacra cernitur)
dimensa es iter, & jam quasi fatigata
sub-

subsistis? Ulteriorem irribiata impietas multiplicatis Caballis urget
 gressum stas immota. Sed ah! proh nefas infame! proh sacrilegum hæreticæ
 pravitatis ausum! quoniam Claramontani desertionem Eremitorii renuis,
 decus solitudinis nostræ! necesse habes firmam hujus possessionem tuorum
 confractione brachiorum, & gravi sacratissimæ faciei violatione comparare.
 Impetuosissimè ex curru dejiceris; sacra Tabula penes utrumque benedictum humerum in tres
 partes confringitur; quinimo & facies tua Angelis veneranda, genæque
 turturæ iectu duplii hostis vulnerantur ab ense. Verum, non dormitat
 divina ultiō; ingens hoc facinus subito punitur ab alto. Instantaneè
 namque mortifera peste velut coelestis iræ fulmine exanimes sternuntur
 Iconoclastæ. Mentes autem tuæ,
 Mater sanctissima! profanatæ Imagini
 compatientium raro recreantur prodiō:
 siquidem vultui tuo lavando
arida

arida terræ facies Divinis obtemperans justis, fontes protrudit aquarum, quibus gratiam curationum in memoriale perpetuum præsentis casus reliquisti.

Stupendum autem est, admirabilis Mater! tuas has nequaquam aboleri posse vulnerum Cicatrices? frustra hoc opere artificiosissimi etiam fatigantur penicilli. Ast proculdubio conservantur à Te Virgo benignissima in signum Tui erga nos ardentissimi amoris, cuius gratia easdem infligi tolerasti, utque tanquam efficacissima reciprocæ dilectionis motiva, fidelium impellant pectora ad bona zelosè ob divinum honorem aggredienda, malaque patientissimè sufferenda. Fiat ergo! paratum cor meum Mater! paratum cor meum! ad quæque pro DEI, & Sanctorum Ejus gloria five agenda, five sustinenda; Tuo enim hoc instruor exemplo: Tolerantiam adversitatum, virtutumque exercitium securissimam esse

esse gloriæ, quam expectamus, semi-tam; nam perpessa hac Iconomachiâ, magnalia Tua magis quam olim rese-rantur. Abhinc novo quasi exor-dio inauditis prius gratiarum in Mon-te claro refulges portentis. Ex nunc;

Illustrissimis Majestas Imaginis Tuæ clarificatur apparitionibus; dum au-xilium à Te flagitantes quâ soporatos, qua Vigiles, speciem hujus sacratissi-mæ Effigiei induita, personaliter visi-tas, solaris, exaudis, & ut ad fulgi-dam hunc gratiarum sedem obligato-rias deportent, seriò injungis.

Per Te hic invocata gloriofissi-mas reportant victorias Belliduces, tali Ductrice hostium cuneos securè penetrantes.

Implorata solvis vincula Captivo-rum, eosque libertati restituis, & ad homagium hic Tibi præstandum sua-viter pertrahis.

Ipsa jam & edocent juramentô ro-borata plurimorum testimonia, Vir-tute attatarum ad hoc sacrum Orig-i-nale

nale Imaginum, illarum Cultores, & Portitores etiam experiri in quacunque tribulatione exoptatas tuæ Protectionis suppetias.

In conspectu tuo Virgo gratiofissima! incassi sunt hominum multiplicis ruinæ casus: Detrudat enim licet finistra fors affectos Tibi Clientes in profundissimas fossarum voraginiæ, dejiciat ex altis arborum ædificiorumque cacuminibus; indomitè raptentur ab Equis; Abyssalibus deglutiuntur ab undis, invocatâ tuæ dexteræ potentiâ ex interitu ad salutem retrahuntur. Urat pestilentia eorum corpora; Ignis Domos, & Palatia; utriusque flamas, etsi jam in imminensum grassantes tuæ gratiæ rore mox suffocas & extinguis.

Exules filii Evæ, per primum hominem peccatum, & per peccatum mortem hæreditavimus, morti autem, eheu! quam diris præluditur præparamentis! quam molestis subster nimur infirmitarum Paroxismis? sed

quid frustrà turbamur pii hujus Matris Clientes? MARIA suis (præcipue ex hac prodigiosa gratiarum mensa) integrissimæ valetudinis porrigit pharmacum, quia salus infirmorum est; MARIA vitales redintegrat spiritus, imò expulsam corporibus revocat animam, quia Mater est vitae.

Ampliorem, Thaumaturga Benefactrix! Munificentiam Tuam vel ipsi depraedant amentes, quorum phantasmatibus exerrans caput, vera utique sedes sapientiae MARIA! reparasti.

Apoplexia, Hemiplexia, Paralysis, & Epilepsia suos possessos gravi impietu collidunt, & allidunt terrae; sperantes tamen, & rogantes à Te sublevamen eritis mox, & hos vere miseros, quia Mater misericordiae es.

Elata Podagræ intumescentia, angustæ Spasmi Plicarumque Convulsiones, stringentes Calculi torturæ subitò valedicunt illis, qui Te in communissima hac omnium Curationum Apotheca

theca confidenter, et si à longè, salutant.

Dolores, & pericula Parturientium, desolationésque sterilium omnino parturire cupientium, pondus hoc insolens, quis sublevabit? quæ sinè dolore gaudia cœli peperisti, Mater Christi MARIA! o quoties, serio invocata exoptatissimam utrísque ex hoc Monte non subministrâsti consolationem?

Loquuntur nunc jam muti, & Organō vocis digitō Marianæ gratiæ hic attacto, Ejusdem non cessant resonare magnalia.

Vident cæci, mirantur, pióque obtutu venerantur tuos, O Mater! ad se conversos misericordiæ oculos.

Nec interrogati fatentur jam audiētes surdi, voces hic Te laudantium suaviores esse omni Sirenum concentu.

Huc adducti Claudi, abjectis omnino fulcris, exultando exiliendoque, iter ad propria reassumunt.

Sed, nondum his terminatur Tua
 O Thaumaturga Mater ! ineffabilis
 gratiæ , & potestatis magnitudo ! Tu
 es reipsa fortissima illa Judith, glorio-
 fissimè debellans & confringens omnes
 elati infernalis Holofernis contra de-
 votos Tibi instructas perditionis ma-
 chinas. Ipsa potenter spolia colli-
 gis conversarum tum à nefario Paga-
 nismo , & perfido Judaismo , tum ab
 obstinata hæresum pravitate, ad fidem
 catholicam animarum . Solvis fa-
 bricatos ope diabolica magiæ nodos,
 imò ipsissimos humanarum corporum
 quandóque Possessores ejicis, & ad de-
 bita eis tartara detrudis dæmones ; ità
 ut tuæ potentia illud meritò attribua-
 tur : Portæ inferi non prævalebunt
 adversus eam.

Si portæ inferi adversùm Te Vir-
 go potentissima ! non prævalent
 quomodo his longè debilior, super-
 bus tamen Suecorum Regis, prævale-
 bit ausus ? Iste est, qui Tuæ Majestatis
 hōcce in Promontorio Præsidium, ro-
 bur,

bur, & virtutem, callida elatáque fronte examinare præsumit; ideoque per Generalem Miller Marianam hanc cingit, & obfidet arcem: Supplicat, promittit, adulatur, terret, angit, minatur, attaccat, jaculatur, boat, mugit, tonat, fulminat, irribiatur, blasphemat, frendet anathematizat! & ad hæc omnia petra Eremitica stat constans & immota; suam MARIA tuerit, & defendit sedem; MARIA pugnat, expugnat, prosternit dispergitque insolentem hanc Suetici Exercitus præsumptionem.

Sicut autem Tua Majestas superbis resistit, ita & humilibus subministrat gratiam. Videre hoc est in plurimis de sua ad hunc sacrum locum non impleta peregrinatione pœnitentibus: vix namque humiliiter deplorant, emendantque prædictæ ingratitudinis culpam, quin subito ex omni infortuniorum casu à Te misericorditer sublevantur.

Condemnatos ad funem velensem patibularios urbi & orbi despectos, pleno misericordia oculo respicis, eosque pristinæ restituis libertati, dummodo humilibus lacrymis, angustisque suspiriis tuum hinc non cefsent auxilium implorare.

Ipsas etiam de profundis miseriarum ad hunc gratiarum Montem clamantes purgatori animas benignè exaudis, eisque mediantibus ad aram Thaumaturgam Sacrificiis, ascensum ad locum supernæ jucunditatis impetras & disponis. Ex quibus omnibus sequitur: Te, admirabilis Mater! in hac sacra Imagine semper esse pie prodigalem Divinorum Charismatum, gratiarumque distributricem; belli verò tempore non minus nostrum commune Præsidium, ac hostium gloriosissimam triumphatricem.
Quare

Ad coronam cœlicam ab æterno præordinata Virgo, ô quam meritò etiam in hac tua prodigiosissima Effigie

gie à sua Sanctitate Clemente XI. Annô Christi Millesimô septingentesimô decimô septimô, die octava Septembris regia decoraris corona, & Regina cordium nostrorum agnosceris, & proclamaris; hac enim Te dignam Tua Magnificentia, potestas, gloria pietas, & suave in nos Imperium comprobârunt. Imò verò:

Tua Virgo clementissima! benignitas, eò planè Romanam induxit sedem, ut indulserit, Te in hac Imagine gratiosissimam (mediante devotissima in neo-erectam coronationis Tuae Archi-Sodalitatem incorporatione) ut propriam, optimam, & quasi uterinam Matrem acceptari, coli ac venerari; igitur:

Salve sancta Parens! Ave amantissima mea Mater! Amplector Te ô certum afflictæ mentis solatium! stringe & include me in brachia maternæ protectionis; solamen cordis mei, præsidium salutis meæ, mensa divinæ gratiæ, ærarium cœlestium thesau-

rorum ! da obsecro , me indignum
tuum Clientem tuorum donorum
participem fieri ; largire piissima ! ut
micis gratiæ ex hac sacra mensa ab-
undè cadentibus in præsenti refectus ,
ad magnam futuræ gloriæ cænam ad-
mitti dignus reperiār . Amen.

Motiva

Hujus Thaumaturgæ Matris Visi-
tationem suadentia .

Publicum est , MARIAM in sua
Imagine Czenstochoviensi non
solùm ineffabilem repræsentare
Majestatem , verùm etiam sum-
mam spirare affabilitatem , & quan-
dam Maternæ pietatis superplenitudi-
nem ; inde est : quòd , junctis Ejus
potentia & bonitate , hinc tanquam
ex indeficienti beneficiorum Oceano ,
in omnes ad se piè confugientes , rivos
gratiæ suæ (cunctas cunctorum miser-
ias misericorditer sublevando) faciat
derivari , & promanari . Et : quis

nostrum gloriabitur; se nullius auxili
 lii indigum? quis se exemptum cre
 det ab omni infortuniorum, & sini
 stræ sortis casu? quis persuadeat, se
 nulla cruce aut adversitate premen
 dum? nemo sanè! Esto tamen, quen
 quam ad tempus ab omni immunem
 videri molestia, nec fraudari à vano
 desiderio suo; restat nihilominus
 considerandum, summopere per pen
 dendum atque vehementer paven
 dum: nè fors præsentis vitæ vitiata
 felicitas, diésque cruce carentes, du
 biam reddant felicitatis æternæ con
 secutionem? quæ incertitudo omni
 um præsentium miseriарum infelix,
 quodammodo compendium est; Et
 ob hoc genus periculi nostris viribus,
 nostra virtute nequaquam depellen
 di, omnes omnino sumus miseri, de
 super adjuvari indigentes. Cùm igi
 tur MARIA (teste D. Bern. serm. 4. de
 Assumpt.) ab omnibus exorabilis sit, omni
 bus sua dona pandat, omnique nostræ inopie
 quodammodo misericorditer compatiatur.

Et præcipuè in sua hac Effigie copio-
fissimis clarescat gratiis, idcirco : Ah !
surge, propera ad hanc piissimam Ma-
trem, quisquis à salutis periculo, ac
cæteris Te vel nunc jam excrucianti-
bus adversitatum pressuris absolvi, &
liberari desideras.

Noli autem, temeraria præsum-
ptione persuasus, vel turpi acedia vi-
ctus. Pium hoc consilium, atque
salutis adjutorium explodere, dicen-
do : MARIA, utique clementissima !
ubique suorum exaudit preces, & su-
spiria ; Personalem sacri hujus loci Vi-
sitationem distantia prohibet. Abs-
que gravi rei familiaris detimento
iter hoc longinquum nequaquam
confici potest ! nè ferieris illa terribi-
li, contra invitatos, & ad regiam cæ-
nam comparere recusantes Evangelii-
cos hospites, à Christo prolata sen-
tentiâ : Amen dico vobis : nemo vi-
torum gustabit cænam meam ! non
enim frustrà cœlestibus hæc Mariana
Tabula referta est dapibus, non enim
fru-

fruistrā hæc mensa regia omnium gratiarum provisa est micis! Effusa h̄ic Divina liberalitas omnes illos huc vult serìd invitatos, quos quotidianæ, eæque non excogitatæ, sed fundatæ necessitudines ab accessu non impediunt.

Ast, quisquis conficta imbecillitate, aut alia quacunque apparente impossibilitate, ab hac spiritualibus ferculis magnifica retraheris mensa, edificere quæso: si prædicta tibique commendata peregrinatio largissima remuneraretur manu? si ob hanc levandum haberes thesaurum pretiosissimum? an non fortasse quantocyus huic te itineri accingeres? respondes: utique! Et ideo: Ah! noli morari! noli differre! noli procrastinare! indilatè visita Divinum hoc Gazophilatum! inæstimabilibus ditesces donis, cœlestibus repleberis Margaritis; siquidem vi talis devotı obsequii MARIAM omnia in DEO possidentem, debitricem tibi constituis. Hujus

Alma

Almæ Matris gratiâ ad paucas horas
 derelinque, tuam non diu propriam
 domum; ipsa interea perpetuam tibi
 in cœlestibus parabit sedem. Ad
 Ejusdem claromontanam Residen-
 tiā iter gaudenter arripe; ad cœli-
 cam claritatem illa tibi viam demon-
 strabit. Coram Ejus gratiæ throno.
 tuas depone afflictiones; suavissimè
 consolaberis. Gembundus exten-
 de manus in conspectu hujus Maje-
 statis; itringet te Maternis brachiis.
 Genuflexus humiliter adora hanc
 cœli terræque Dominam; dextera
 gratiæ suæ tibi benedicet. Con-
 templare faciei illius amorem spiran-
 tis delicias; oculos misericordiæ suæ
 ad te convertere. Filiali confidentia
 Eam invoca; Maternum pectus tibi
 pandet. Verbô: Efflagita ab hac
 largissima Divinarum gratiarum di-
 spensatrice, desidera ex hoc cœle-
 stium divitarum thesauro, quære in
 hac thaumaturga mensa quidquid pla-
 cet, quounque eges, totum reperies;
juxta

juxta illud B. Godefridi Card. serm. 8.
Citius cælum, & terra peribunt, quam Mater misericordiæ alicui se fiducialiter, & de votè roganti suum denegatura est auxilium.
Quod ipsum innumeræ hic obtentæ loquuntur gratiæ.

Visitatio

Thaumaturgæ Matris Czensto choviensis.

Frustrissimam esse hujus sacri loci Visitationem satis declarant historiæ in libro Micarum Mensæ Nazareæ Thaumaturgæ Matris Czenstochoviensis. Ut tamen tua Peregrinatio exoptatum sortiarur effectum, omnibus numeris perfectæ sit, oportet. Priusquam igitur pio te huic itineri accingas, Beatissimæ Matris Czenstochoviensi, coram simili Ejusdem Imagine (qualem procul dubio domi tuæ conservas) in genua provoluis viam hanc consecrabis, benedictionemque ab ea humiliter postulabis, simili v.g. modō:

Obla-

Oblatio Peregrinationis cum Petitione Benedictionis.

SAcratissima DEI Genitrix MARIA, Virgo benignissima! sentio me desuper efficacissimè motum ad visitandam gratiosissimam Czenstochoviensem Imaginem tuam, jámque ad discedendum præstò sum! Itaque singulos hujus peregrinationis gressus, passus, preces, incommoditatūmque miseras, uti & omnes tum corporis tum animæ motus, in unione vialis fastigii Tui ex Nazareth in Montana ac fugæ in Ægyptum; nec non cunctorum filii Tui pro salute nostra peractorum gressuum, Tibi offero, dedico, conseero; humillimè supplicans: impetra mihi apud Eundem Tuum amantissimum Filium tantum cœlestis auxilii robur, ut præsentem Tuæ sacræ Imaginis Visitationem tali persolvam pietatis fervore, qualis suf-

sufficiat ad meorum desideriorum ex-auditionem. Statui quidem, ita-tuōque denuō firmiter, stante hac Pe-regrinatione, nōl me cogitaturum, nōl locuturum, nōl denique acturum, quod non conduceret ad Tui hono-ris incrementum; ast, quia meam in bono inconstantiam, frequentēmque bene propositorum prævaricationem sat perspectam habeo: idcirco, ah! extende Tu dexteram benignissima, simūlque potentissima Domina! Vo-tum meum roborando confirmā, & præconceptum hoc mē salutis sat grave negotium benedic: in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

*Affurge! valedic domi remanentibus v. g.
sic:*

Valedictio Domesticis facienda.

Dilectissimi! nunc jam iter ad gra-tiosissimam Czenstochoviensem

Ma-

Matrem, Matrem utique Clementissimam, ac nostrum certissimum in vita & morte Refugium, aggredior; vestris igitur piissimis adjuvate precibus & suspiriis, ut desideria mea compleantur.

Recessus à Domo.

Progredere jam Cliens Mariane in nomine Domini, & propositorum non impemor augmentum cogita Mariani honoris; ac præcipue: parce lingue à multiloquiis (nisi fors referendo miram sacræ Czenstochoviensis Imaginis Originem, Translationes, variisque Ejusdem gratiarum, & miraculorum portenta, in teipso tecumque peregrinantibus majorem erga hanc Thaumaturgam Matrem fiduciam excitare intendas) vocibus devotionis fervorem suffocantibus obtura aures; oculos à vanitatibus averte; verbo: omni Vigilantia sensus iam externos, quam internos, custodi, sic spe tua non frustaberis.

Quam-

Quàm primùm (adhuc à longè) Clari Montis turrem videre licuerit; prorue ex curru aut equo, (nisi aliunde pedestre incedas) & Thaumaturgam Matrem genuflexus devotissimè saluta. Quid si jam hoc in loco tua ut plurium aliorum exaudiretur petitio? Modus sit iste:

Salutatio

Thaumaturgæ Matris

Visa quàm primùm Clari Montis turri.

SAlve, sis millies præclara turris Davidica! millenis nostræ salutis clypeis stipata. Salve sis ô Virginea Residentia! in qua benignissimus meus Redemptor, misericordissimus meus Salvator JESUS Christus, tam placidè requievit! Salve sis ô gratiosissima Mater! ô inefabilis afflitarum mentium Consolatrix! anima mea liquefcit, intima cordis exultant, spiritus vitales quodammodo deficiunt præ consolationis

teneritudine, quod tandem aliquando
(iterum) Te, meam amantissimam
Matrem in hac thaumaturga Imagine
sim visurus. Tu me jam nunc ocu-
lis consuetæ misericordiæ tuæ respi-
ce, jámque nunc copiosam impetrare
benedictionem, ut dignus efficiar
oram throno gratiæ tuæ comparendi,
& postulanda consequendi.

*Discute nunc, & examina diligentius tuæ
devotionis fervorem, vires corporis,
temporis, viæque circumstantias, hisque
omnibus una voce suadentibus, reli-
quam itineris pedestre perfice, sequen-
témque Hymnum devotissimè cane vel
ora:*

HYMNUS.

*Viso jam Claro Monte, in via persolvendūs
in tono: Paule qui turbas &c. vel aliō
Saphicō.*

AD sacrum Montem properanter
imus
Ad Tuum Mater solium venimus,
Ergo

Ergo concedes faciem videri,

Et revereri.

Hane quidem Lucæ manus excolebat
Luce stellata, prouti decebat;

Attamen non est Tibi forma tanta

Gratia tanta.

Quisquis hic pulsat, datur haud re-
pulsa

Cujus est unquam sua spes revulsa?

Mater hæc præstò tribuit petenti

Dona Clienti.

Ait! prout mentes humiles coronat,
Hisque quod poscunt pia Virgo do-
nat,

Sic & elatas vehementer angit

Collaque frangit.

Suecus, Hussitæ quoque, Tartarorum
Agmen, ac omnis cumulus malorum

Hi sciunt, contra genios rebelles.

Quomodo belles!

Tartari collum feriunt: necantur!

Vulnerat Hussi faciem: cremantur!

Suecus impugnans Tua Virgo ca-
stra

Perdidit astra.

C 2 Plus

Plùs stupet mundus reputátque rarum
 Hinc Tuum manans mare gratiarum:
 Quòd loco quovis pietatis undas
 Donáque fundas.

Si preces, fletus, gemebunda vota
 Audis ex terra procul hinc remota
 Hicne Maternum gremium reclu-
 des?

Vota retrudes?
 Hinc ad hunc Montem proprius veni-
 mus

Jam sacras Ædes humiles adimus,
 Gratiæ Portam miseris revela
 Flante medela.

Supplica Christo, videat gementes
 Ob suas noxas lacrymas cientes,
 Abluat culpas supero vigore
 Matris amore.

Auferat morbos, tribuatque pacem,
 Martis excursionem reprimat sagacem
 Donec in cœlos vocet ad petitæ
 Gaudia vitæ.

A M E N.

Salu-

Salutatio

Thaumaturgæ Matris

Sub ipso sacræ Capellæ ingressu.

N.B. Hanc Orationem oporteret memorie mandare.

Mater gratiosissima! en ego servorum Tuorum minimus, Te in hac sacratissima Imagine affectuosissimè salutaturus compareo! supplex ergo precor: dignare me laudare Te Virgo sacrata, ac tali fiducia, fide, reverentia proponere necessitates, cordisque desideria, ut (si saluti meæ expedit) me rear exaudiri.

Tandem coram Thaumaturga Matre in faciem procidens sic Eam saluta:

Salve, salve Regina! Mater misericordiæ! Salve, salve, ô bona Mater! Salve, fidelis & certa afflictarum mentium consolatrix! Salve omnis

nostræ causa lœtitiæ, & felicitatis. O
 quantis inebrior deliciis, quantis per-
 fundor gaudiis, tandem aliquando
 diu desideratam, anxiè quæsitam vi-
 dens faciem Tuam verè decoram, verè
 gratosissimam, & dexteram in distri-
 buendis beneficiis largissimam. Hanc
 quæso! ah protinus extende! & tan-
 gens Cytharam cordis mei, effice: ut
 suspiria preces, petitiones, & vota
 quæ propositurns, quæ fusurus sum,
 veluti gratum melos resonent in au-
 tibus Tuis, atque acceptatæ à Te
 supplicationis repercussio, gratosam
 spargat Echo im petratæ exauditionis,
 per JESUM Christum Filium Tuum
 Dominum nostrum. Amen.

Nunc quodammodo in cogitatu suspensus
 subsiste, penitus nihil orans, sed affe-
 ctuosisimè suavi quadam confidentia re-
 spice faciem Mairis, ac viva apprehe-
 sione imaginare tibi: quasi verò sua-
 viissimè ab Illa beneventareris, mirisque
 Materni affectus lenociniis complectere-
 ris.

ris. Mediantibus hisce, & similibus
piis reflexionibus, mentalibus ad tem-
pus fruere deliciis, tandem ad conti-
nuandam jam inchoatam Matris salu-
tationem convertere.

Restauratio Salutationis. Ejusdem sacratissimæ Matris.

Ave MARIA in immensum exal-
tata, & magnificata DEI Geni-
trix! vi hujus humillimæ salutationis
in memoriam tibi revoco Mater piis-
sima! illud angelicum Ave, quō ab
Arch-Angelo Gabriele ut ante ævum
electa verbi Divini Genitrix primitus
salutabaris. Per delicias quibus tunc
cor Tuum Virgineum replebatur sup-
plico suscipe me in Tui clientelam,
& monstrá Te mihi Matrem esse.

Ave MARIA, Regina cœlorum,
Domina Mundi ! vi hujus affectuo-
sissimæ salutationis recordare Virgo
Dignissima illius Angelici Ave, à San-
ctissima Triade transmissi. Per in-

gens gaudium quo tunc perfundebaris supplico : noli mei oblivisci in quacunque tribulatione ac præsenti necessitate, quatenus consolatus Te sine fine laudem, & glorificem.

Ave MARIA, Regina Sanctorum omnium ! vi hujus d^ovotissimæ salutationis memor esto Virgo gratiâ plena illius Angelici Ave, quo tenebræ mortis æternæ sublatæ, & sol justitiæ Christus JESUS, Filius Tuus nobis illuxit. Per delicias quibus tunc castissima anima tua supereffluenter inebriabatur. Supplico : depelle in agone meo æternæ mortis noctem, ut Te in splendore, & gloria æternum contemplari valeam. Amen.

Nunc devote canta, aut ora sequentem

Rhytmum Ante Aram Thaumaturgæ Matris.

In

In tono: *Sanctorum meritis &c.*

EN! Te glorifico Virgo sacerrima!
Gaudens magnifico facta piissima:
Quod sis prodigiis, munere, gratiis
Splendens & nitidissima.

Huc ad Te venio, me pia conspice!
Ad Te confugio, supplico: respice!
Ac, ut percipiam quam peto gra-
tiam,

Tu suavis nimis, effice.
De grandi dubitat nemo potentia
Cunctis indigitat praestita gratia,
Quod possit precibus digna sonan-
tibus

Ad votum dare premia.
Ex hoc irradias monse facerrimo
Mæstorum nebulas lumine cœlico
Quæ torquent, abigis, suaviter af-
ficiis

Depulsa cruce gaudio.
Captivos teneant, vincula, carceres,
Ipsis immineant funis, acinaces,
Tu portas aperis, funera reprimis
Solvis de pede compedes.

Quos turres jaciunt, fossa vel abripit,
 Quos currus feriunt, aut Equus excu-
 tit,

Ad Te dum fugiunt huc iter expe-
 tunt

Salvos mons Tuus excipit.

Undæ dum tumidæ gurgite militant
 Et tanquam gravidæ corpora suffo-
 cant

Huc qui suspiciunt, illicò sentiunt,

Quod fluctus Tibi obediant.

Ignis flammivomum suppressis impe-
 tum

Pestis mortiferum frangis aculeum;

Infirmum recreas, ac citò sublevas

Audita prece, languidum.

Claudorum subitò membra redinte-
 gras,

Mutorum labio verba resuscitas,

Ut cæcus videat, surdus, ut audiat,

Hoc præstat Tua dignitas.

Decrevit Dominus parturientibus

Pressuras, gemitus; attamen omnibus

Huc his in crucibus confugientibus

Succursus datur ocyùs.

Tu

Tu vitam revocas, spes morientium!
 Infernum superas, pactaque dæmonum;

Quis nobis noceat, si modò porrigat
 Majestas Tua brachium?
 Matris præsidium si domat inferos?
 Mox robur Sueticum, mox quoque
 Tartards

Omnes sacrilegas Hússque potentias
 Horrendos dabit ad rogos.

Illos & crucias qui sibi præstitas
 Ducunt inficias solvere gratias;
 Ast! si pœniteant, crimina diluant
 A casu citò sublevas.

Purgandas animas hic Tibi supplices
 A flammis revocas, ignibus amoves,
 Scandunt perpetuum Te Duce gau-
 dium

Cœlestes velut Alites.
 Hinc patrocinium nos quoque quæ-
 rimus

Ad Matris solium vota reponimus,
 Cor, sensus, animam, respice fervi-
 dam,

Et da, quod prece poscimus.

Con-

Confer suppetias hac in Imagine,
 Et mentis tenebras lumine gratiæ
 Illustra, remove, dirue, discute
 Ut simus finè **crimine**,
 Languores prohibe, tolle pericula
 Omnis tristitiae reprime spicula;
 Nos donis cumula donec in optima
 Inducas habitacula.

AMEN.

Nunc, si placet? Sacramentalem Confessio-
nem atque sacram Communionem per-
age, tandem ad sequentes Orationes te
accinge.

Affectuosæ Supplicationes

Ad
Matrem Claromontanam.

*Si vi hujus piæ Peregrinationis ab aliqua
 miseria liberari, aut alia speciali gra-
 tiâ donari desideras? Spe, & fiduciâ
 suffultus precare gratosissimam banc
 Matrem affectuosisimè simili, v. g. me-
 thodâ:*

O be-

O Benignissima Mater! O Divinarum miserationum venâ! O certa, & suavis afflictarum mentium refectio! O humana-
narum angustiarum ineffabilis dulce-
do MARIA! MARIA, Tu post
DEUM unicum meum solatium;
MARIA, Tu post DEUM unica mea
spes; MARIA, Tu post DEUM uni-
ca mea consolatio! refugium uni-
cum! Ven! coram hac gratiosissima
Imagine cultu profundissimo proci-
dens, pando Majestati Tuæ omnes
necessitates meas sat graves; omnes
angustias meas, sat amaras; omnes
cordis mei pressuras sat ponderosas.
Tametsi autem indignitatis meæ con-
scius sim, nihilominus à Te exaudiri,
adjuvari, & consolari confido, sciens:
quia citius cœlum, & terra peribunt,
quam Tu misericordiæ Mater Te de-
votè, & fiducialiter invocanti auxi-
lium sis denegatura. Respice ergo
devotionem meam, examina fidu-
ciam, spei firmitatem libens discute!
utí-

utique ob honoris Tui augmentum
iter hoc molestum ad Te Divinarum
divitiarum thesaurum visitandum læ-
tus assumpsi? Tuis proinde me donis
remunerando contenta! A modo de-
votè, & confidenter desideria cordis
mei, angustias spiritus mei Tibi reve-
lando commendare adnitor; ah suc-
curre afflito! attende Virgo piissima!
quo affectu, quāve amoris teneritu-
dine faciem tuam intuear? Tuq; ergo
misericordiæ oculos ad me converte!
Contemplare, qua vi, quāve pia im-
pudentia cor meum, anima mea, om-
nésque sensus mei eò ferantur, ut Te
sibi attrahant; ergo me Maternis
complectere, & include brachiis!
Agnosce Virgo prudentissima! mēam
erga te ardenter dilectionem cliente-
larémque pietatem potentias animæ
mæ quodammodo sua fortitudine
suffocantem! ah! jam extra Te sua-
vitatem amabilis præsentia! Tuæ suf-
ferre nequeo! adaperi proinde, ô MA-
RIA! adaperi velociter Materna vi-
scera,

Scera, adaperi mihi finum piissimæ misericordiæ Tuæ! jam non finas me diutiùs pulsare, jam non finas me Te diutiùs rogare, jam non finas me diutiùs expectare! finas jam exauditam esse deprecationem meam! dic amantissima Mater! dic: fiat tibi sicut credidisti, dic: fides tua te salvum fecit! Et ego abundantiam bonitatis Tuæ prædicabo, virtutem magnitudinis brachii Tui annuntiabo, magnificentiam gloriæ Tuæ eructabo coram omni populo DEI. Amen.

Variæ Commendationes, Sub Protectionem Ejusdem Be- tissimæ Virginis.

AD Te confugio Mater gratiissima! velut mendicus ad Dominam ditissimam, & clementissimam; fama signorum & prodigia gratiarum quas hic largissime dispensas, me ad Te visitandam

dam efficaciter moverunt; fac igitur
& me Tuæ Maternæ pietatis partici-
pem.

Ad Te configlio Mater misericor-
diæ! velut infirmus ad medicum,
minimè dubitans, quia preces meas
(etsi Tuo conspectu indignas) sis ex-
auditura; siquidem novi: Te in hac
Imagine gratiosissimam non modò
multorum millium infirma corpora,
verùm & mortuas in peccatis animas
vitæ gratiæ restituisse; depelles pro-
inde & meam infirmitatem, sanabis
tam corporis quàm animæ morbos,
solaberis & vivificabis me famulum
tuum præ angustiis tabescentem.

Ad Te configlio Mater benignis-
sima! velut ingens debitor ad suam
Advocatam; fateor: quòd talenta
gratiæ à DEO acceptæ prodegerim;
& vel ideo adventum Filii judicis mei
vehementer expavesco! quia tamen
hic ad thronum Tuæ Majestatis ve-
niā delictorum humiliter imploro,
ac seriam vitæ emendationem spon-
deo;

deo ; fiat per Te, MARIA securum
peccatorum Refugium ! ut ipso tunc
rationem vitæ exigente , suspensâ ju-
stitiâ misericordiam consequar , & so-
lutis carnis vinculis ad libertatem fi-
liorum DEI admittar . AMEN .

Aliæ.

SUB Tuum Præsidium confugio , ô
MARIA ! Es utique in hac tha-
matura Imagine ditissimum cœle-
stium gratiarum pelagus ; paratum
largiri cunctis Tuum hic auxilium
invocantibus exoptatissima Divino-
rum Charismatum stipendia ? exaudi
proinde preces , exaudi lacrymas meas ,
& da id , quod à Te tantopere deside-
ro , dona , quod tam ardenter ex-
pecto .

Sub Tuum Præsidium confugio ,
ô MARIA ! certa afflictorum in hac
Imagine Consolatrix , memorare piis-
sima : neminem , Tuum suffragium
devotè , & fiducialiter hic requiren-
tem , à Te sine consolatione recessisse ?

D

ergo

ergo & mihi monstra Te esse Matrem,
Consolatricem, certumque in praesenti
tribulatione solatum! tolle tam gravi-
ter me prementem adversitatem.

Sub Tuum Praesidium configio,
ô MARIA ! filiali fiducia Tibi affe-
ctis in hac Imagine clementissima Ma-
ter ! ah ! adaperi mihi Maternum
Tuum pectus , atque in illud me re-
pone ! ut, si mundus me perdere at-
tentaret, in corde Tuo salvus reperi-
rer. Da in sinu Tuo cordi meo tam
diu quiescere, donec per Te requiem
obtinuero sempiternam. Amen.

Suspiria

Ad Eandem.

O Super benedicta, immaculata,
à DEO super omnes Sanctos
exaltata Virgo Mater MA-
RIA ! ex hac lacrymarum
valle ad Te suspiro. Commovean-
tur quæso Tua super me maternæ
misericordiæ viscera ! Ah ! lætifica
affli-

afflictum cor meum, neque tolera in
miseriis diutiùs tabescere animam
meam.

Ad Te suspiro bona Mater! quia
gravibus torqueor molestiis, à quibus
mediante Tua potentissima interces-
sione me certissimè liberandum con-
fido.

Ad Te suspiro dulcissima Mater!
Tibi MARIA revelo amaritudines
animæ meæ, levamen fide viva expe-
ctans.

Ad Te suspiro, commune pec-
catorum Refugium! Te enim mi-
hi favente iratum numen facilè
placabitur; siquidem cor Tuum cum
Divino, quodammodo unum cor
sunt.

Ad Te suspiro, ô MARIA, Regin-
na cœli & terræ! novi equidem: Fe
unicō supplicationis verbulō plus à
DEO impetrare posse, quàm univer-
sus Elētos multiplicibus intercessio-
nibus suis.

Ad Te suspiro, ô MARIA! Et ad
D 2 fa-

sacratissimos pedes Maternæ Pietatis
 Tuæ (ubi tot millia afflictorum con-
 solationem, tot grandium peccato-
 rum rei, veniam impetrârunt) de-
 pono cor & animam meam, solatum
 & afflictiones, vitam & mortem; præ-
 cipuè verò momentum illud ulti-
 mum, à quo pendet æternitas; spe-
 róque firmiter: me in hac Æde sacra
 exaudiendum, ac suo tempore sæculo
 absolutum, per Te ad gaudia æterni-
 tatis felicissimæ admittendum. Amen.

Orationes petitoriae variarum gratiarum ab Eadem sacratissima Matre.

Veneror Te MARIA, veluti di-
 lectissimam Filiam DEI Pa-
 tris, amo Te, ô MARIA!
 veluti dignissimam Matrem
 Filii DEI, & Salvatoris mei JESU
 Christi. Magnifico, & benedico Te,
 ô MARIA! veluti electissimam Spon-
 sam

Nam Spiritus Sancti ; sed non minus
 suspiro ad Te , ô Sacratissimæ Trini-
 tatis venerabile sacrarium , velut exul
 filius Evæ ; clamo ad Te flens & ge-
 mens , precorque digneris ex hac gra-
 tiarum sede vota , & desideria mea re-
 spicere , acceptaque habere ; notanter
 autem illud à Te donum supplex ex-
 posco , quod saluti meæ maximè ne-
 cessarium nōsti ; sub ejusdem salutis
 præcautione expecto mihi gratiam
 consolationem spiritualium , sanitatis
 quoque , ac præservationis à gravibus
 famæ & fortunæ casibus . Eflagito
 æquè denuò gratiam illam jam toties
 à Te desideratam . Da & illam , quâ
 scis me bene usurum . Dabis utique
 quidquid à Te devotè postulo , siqui-
 dem gratiâ plenâ imò supereffluens
 es , & non pateris clientes Tuos frau-
 dari à piis desideriis suis .

Aliæ.

O M A R I A ! fidelissima tribulato-
 rum adjutrix , & afflictorum dul-
 cis

cis Consolatrix , ad adjuvandum me
festina , succurre mihi , cui tot cruces
& i adversitates minantur ; largire nè
illsts onustus corruam , verùm Te , me
sustentante , cuncta adversantia forti-
ter felicitérque vincam .

O MARIA ! fidele Præsidium per-
secutiones patientium , & derelicto-
rum ; eripe me de manibus persequen-
tium , nè gaudeant super me inimici
mei .

O MARIA ! pia Mediatrix inter
DEUM , & hominem , assiste mihi
tunc , dum Unigenitus Tuus ad me
judicandum se accinxerit , quatenus
Tua protectione fultus misericordiam
merear obtinere . Amen .

Orationes consolatoriæ ad Eandem.

DUlcissima , gratia plena Virgo
MARIA , utique hanc Ædem
sacratissimam Tibi in plac-
tam residentiam , nobis verò
in

in locum refugii constituiſti? igitur,
huc me conſugientem clementer re-
ſpice, nec permitte manere inconsol-
atum.

O MARIA! quæ nullum derelin-
quis, & neminem Tibi contrito corde
ſupplicantem hinc dimittis, precor:
illos Tuos misericordes oculos ad me
converte! humiliati cordis ſuspiria,
consueta pietate exaudi! ſolatium af-
flictorum ſolare me, ab omni anguſtia
libera me.

O MARIA! ad thronum gratiæ
Tuæ omnes actiones meas, corpus &
animam, vitam & mortem depono;
imploróque ſeriò majestatem Tuam:
impertra apud dilectum à me toties
offenſum Filium Tuum plenam pec-
catorum meorum remiſſionem, fru-
ſtuosam poenitentiam, ſeriāmque vitæ
emendationem, postquam verò ani-
ma mea recessura eſt à corpore ſuo,
Te Duætrice fidelissima inveniat gau-
dia vitæ æternæ. Amen.

Invitatio MARIAE

Ad extremam mortis luctam.

Millies, centies millies, imō sinē numero, laudo, veneror, & magnifico Te ditissimum gratiarum cœlestium pelagus, Mater misericordiæ MARIA, per dulcissimum cor JESU Filii Tui; Et in augmentum gloriæ, offero Tibi illud ipsissimum sacratissimum cor unā cum omni illo amore & fidelitate, quō erga Te aliquando in terra nobiscum conversando ferebatur ac etiam nunc, & in æternum fertur. Ah! fac me hujus Divini, tuique Materni cordis participem, ô MARIA! dic pro tunc, dum anima mea separabitur à corpore suo: Filius meus es tu, sis ergo & cohæres gloriæ meæ. Amen.

Recordare mei, ô MARIA! in illo tremendo ultimo agone, quando mihi cum tota æternitate pugnandum erit.

Reco-

Recordare mei, ô MARIA ! quando vires meæ deficient, & labia mea dulcissimum , & maternum nomen Tuum amplius pronuntiare non poterunt.

Recordare mei, ô MARIA ! sisque memor suspiriorum quæ nunc coram Te profundo , quando me extrema hæc & gravissima premet necessitas ; tunc me quæso , oculis misericordiæ Tuæ , quos nunquam à clientibus fidis avertere soles , benignè respice.

Recordare mei, ô MARIA ! dum ego ob dolores mortis mei ipsius oblitus , vix aliquid de salute cogitare potero , traxa tunc sollicitè negotium animæ meæ .

Recordare tandem MARIA ! illius amarissimæ horæ in qua Filium Tuum in cruce pro me agonizantem & morientem vidisti ; per compassio- nis gladium qui tunc mœrentem ani- mam Tuam transfixit , suppliciter: oro : recordare mei in hora mortis meæ , quatenus cooperante Tua pie-

tate, & maternæ misericordiæ visceribus, in æterna deducar gaudia, re-
quie sempiterna fruiturus. Amen.

Alia ad mortis horam

Invitatio MARIAE.

Plissima Mater! censeo: nullam
Tui intitulationem Tibi magis
placere, nobisque solatiosio-
rem inveniri posse, quam si Te
Matrem appellem? itaque o Mater
Divinæ gratiæ! Mater amantissima!
Mater misericordiæ plena! humili-
mè Te saluto, ac serio invito in hanc
lacrymarum vallem, in qua ego exul
filius Evæ tam dolorosè gemo & con-
tabesco; invito inquam Te Mater, ut
advertas & perpendas: quantis mise-
riis, quantisque pressuris ego cliens,
& pupillus Tuus, cui nihil magis cor-
di, quam Tibi devotissimè famulari,
oneratus existam.

Invito Te ad extreumum animæ
meæ conflictum, & licet me Tuæ

ex-

exauditionis indignum profitear & agnoscam, scio nihilominus (quod me maximè solatur) Te esse illam Matrem gratiosissimam, quæ non dignitatem, sed necessitatem exorantis consideras; Extremam planè videbis succurrenti necessitatem, dum me dolores mortis circumdederint, ideoque dignaberis tam ardenter, & frequenter exorata, pro tunc animæ meæ succurrere, & ejus exitum Tibi serio habere commendatum.

Invito Te, ô MARIA! pro illa hora, in qua vitæ meæ hucūsque, ah! multūm sceleratæ! ratio exigetur, & inter cœlum & infernum ego medius, judicis decretum expectabo. Siquidem enim Mater naturalis proli suæ angustiaræ ut plurimum compatitur; sic utique & Tu MARIA! imò longè magis mihi tuñc compatieris indignissimo Filio Tuo; nam materna Tua dilectio omnium Matrum amores incomparabiliter transcendit! Monstra Te igitur, ô MARIA! fidem

lem meam Matrem, dum Filius Tuus
severō mecum voluerit contendere
judiciō, & dic: non intres in judi-
cium fili! cum servo meo! Amen.

Antequam recedas à loco sacro, valedices

**Thaumaturgæ Matri
sequenti**

PROSA,

In tono: Creator alme siderum.

AH! languet in me spiritus!
Cor mœret! hæret halitus!
Turbantur in me viscera,
Fletus tonat per æthera.

2.

Ergóne Matrem deseram?
Vale! nequaquam proferam!
O luctuosum terminum
Vale! vale! dirissimum.

3.

Manere, mandat charitas,
Ast! pellit hinc necessitas!

Di-

Dimitit obligatio,
Sed, detinet dilectio!

4.

Ut hic ovans Te cernerem
Promissa vota redderem
Factum Tuâ clementiâ,
O! Virgo plena gratiâ,

5.

Dum cogor hinc discedere
Vale! MARIÆ dicere
Iter, quis istud reprimet?
Aut, quis dolorem suppressimet?

6.

Tu thaumaturgâ dexterâ
Summi DEI Puerpera!
Obsiste vel discessui!
Aut: da levamen planctui.

7.

Non me remittas sæculo
Lapsus novo periculo,
Hic deprecantem sustine
Hic supplicantem detine.

MARIA ad Clientem:

Cur angeris charissime?

Ut quid crientur lacrymæ?

Nōsti bonam me Virginem?

A me repello neminem.

^{9.} A me recessum reprobo,
Manere? cunctis approbo.

Quapropter opto candidè:

A Matre Te non divide!

^{10.} Ne quis moderno tempore

Hic commorari corpore,

Quid inde? cor relinquio!

Te corde mecum jungito!

II.

Affectibus me cogita,

Suspiriis me visita;

Sic nuspiam te deseram,

Sed postulanda, conferam.

12.

Nōsti meam potentiam

Manum benignam, gratiam,

Ubi-

Ubique me colentibus,
Opem fero Clientibus.

13.

Hinc ergo luctus comprimas
Compesce fletus, lacrymas,
Fidensque Matris brachio
Redi domum cum gaudio.

Resolutio Clientis.

14.

Redire, Mater imperas?
Fiat! sed istud conferas:
Comes viæ sis filio
Largire lumen devio!

15.

Aufer pericla criminum
Adusque vitæ terminum,
Fove Tuâ me gratiâ
Ut subsequatur gloria.

A M E N.

Conclude valedictionem hoc modo:

Priusquam à Tua Thaumaturga
Imagine avellar, supplex precor
Mater gratosissima! recordare tunc,
quan-

quando Tuum auxilium (licet corpore absens) invocabo : quantô zelô, qua fide, qua devotione, Te in hac sacra Æde coluerim, Tuámque misericordiam imploraverim ? ac exaudi etiam in illo tempore suspiria mea.

Hic & nunc autem repeto, reno-
vo, approbóque omnia desideria, vo-
ta, suspiria, precésque, quas in con-
spectu Tuo, maxima quâ potui reve-
rentia profudi; defectum, si quis sub-
repsisset, Tuis ipsamet Tibi glorio-
sissimis supple meritis.

O MARIA ! secundùm benepla-
citum piissimæ voluntatis Tuæ, an-
nuntiet quæso continuò os meum
lauden Tuam, benedicant Te indesi-
nenter labia mea.

O MARIA ! Tibi perspectæ sunt
omnes tam præsentes quam futuræ
miseriæ & necessitates meæ ; nōsti,
pressuras, & angustias cordis mei,
Turbatum est cor meum, afflicta est
anima mea ! ah ! quando tandem con-
solabor ?

Sub

Sub Tuum Præsidium confugio
Mater amantissima! suscipe, protege,
defende me veluti Clientem Tuum,
licet indignum.

Te MARIA invoco, Tuam misericordiam imploro, ah! festina ad me
adjuvandum! nec irritæ sint tot preces, & repetita angustiatæ mentis postulata. Et:

Etiam si nunc, ô bona Mater! à Te
corpore separer, hic tamen ad pedes
Tuos sacratissimos depono, hic relinquo clientale meum cor, scribe in
illo, scribe digitô gratiæ Tuæ, scribe:
exaudita esse vota, & desideria mea.
Et nunc extende clementissimam dexteram, extende beneficam manum
Tuam, & benedic Clienti in propria
revertendi, in nomine Patris, \ddagger Filii,
 \ddagger & Spiritus \ddagger sancti. Amen.

Osculare reverenter terram, & jam aggre-
dere redditum, piè considerando: quibus
deliciis, spiritualibus consolationibus hic
pasta sit anima tua, confide pariter, te
• E & post-

& posthac fructum, & effectum hujus
devotæ peregrinationis sensurum.

Monerem te serio: quatenus hinc non abi-
res absque Ejusdem S. Matris Icuncula
ad Originale attacta: ast vereor nè me
fors reprehendas, dicásque apparere;
quasi verò tuam erga hanc aliam Ma-
trem devotionem, & fiduciam existimem
hucusque fuisse debilem atque exiguum,
réque jam dudum tali Icone provisum!
Ergo saltèm hoc tibi commemorandum
dixi: nè solo hoc pignore contenteris;
verùm & aliis coneris ditari muruscu-
lis. Si nequis provideri sacro vino,
olivâ, aut aqua ex fonte ad S. Barbaram,
collige delapsos ex pedibus hic pœnitен-
tium, multis lacrymis madefactos, &
ideo verè venerabiles pulveres, experie-
ris hæc omnia (accedente spe & fiducia)
esse efficacissima, contra quósque infir-
mitatum infortuniorúmque insultus re-
media; utì crebra miracula testantur.

Sub egressu Loci sacri
sequentem

H Y M N U M

lætus occine.

In tono Saphico aut: *Paule qui turbam &c.*

Cor meum gaude, mea mens quiesce
Gratiæ tantæ decus obstupefce
Ex Mariana Tibi sparsa mensa
Munera pensa.

Quidquid optabas, quod & expetebas
Nonne collatum prouti volebas?

Hic dat ad nutum Genitrix benigna
Munera digna.

Si dein mentem cruciatus anget
Plaga, vel morbus tua membra tanget,
Supplica Matri tribuet levamen,
Et medicamen.

Nam suos semper recipit Clientes
Semper exaudit miseros gementes,
Gratis haud Matris gerit illa nomen,
Gestat & omen.

Si nequis Montem pede visitare
Huc piè clamans lacrymis precare
Dulcis hæc Mater gemitus coronat,
Gaudia donat.

Carcer affligat, teneat catena,
Compedes stringant; perit hæc ha-
 bæna,

Dum fide viva petis hinc juvamen,
 Atque levamen.

Ignis exurgat, strepitent Procellæ;
Impetus horum domat ista belè;

Aëris plagas removet, refellit,
 Nubila pellit.

Hic videt cæcus, bene surdus audit,
Hic salit claudus, manibúsque plaudit,
 Muta jucundè modulantur ora
 Verba fonora.

Hic preces fusæ faciunt teneri
Hostium turmas; spoliis repleri,
 Hic cadit robur Stygii leonis

Arma draconis.

Ergo, sub quavis cruce me gementem
Mater exaudi veluti Clientem

Donec in cœlis capiam petitæ
 Gaudia vitæ. Amen.

Re-

*Regressus ad locum illum, ubi ultimò videri
potest turris Claromontana, commendā
te denuò, & valedic Matri Beatissimæ
simili v. g. methodo:*

O Amantissima Mater! ô certa
meæ salutis Promotrix! de-
nuò extendens manum tuam,
Maternam iteratò mihi im-
pertire benedictionem, priusquam se-
des gratiæ Tuæ meis subtrahatur oculis.
Dirige pariter omnes passus,
omnes gressus meos, & non permittas
famulum tuum (negotiis sæcularibus
mox iterum implicandum oneran-
dumque) à vero deviare, aut à salutis
semita declinare; verùm effice: ut
omnis superstitis vitæ occupatio in
Divini honoris, & gloriæ cedat aug-
mentum. Conserva quoque inter-
tam copiosas, & multiplices mihi in-
dubie imminentes tribulationes, ani-
mæ delicias, & spirituales illas conso-
lationes, quas visio gratiæ faciei
Tuæ, imò verius, Maternæ Tuæ pie-

tatis Munificentia in me abundè ex-
citavit & operata est. Conserva suc-
censas per Te in me erga Te, devotio-
nis & amoris flamas, ut sic concepta
de Tua ineffabili benignitate spes, &
fiducia continuò crescat & augeatur.
Potremò supplex precor: sis memor
mei in omni necessitate & periculo;
sis memor mei in consolationibus &
desolationibus; & specialiter: sis
memor mei in ultima mortis lucida &
agone, tunc quæso, tunc Tua mihi
assistat misericordia, ut per Te felici-
ter consumato præsentis vitæ cursu,
superatisque hostium insidiis, cœle-
stem Patriam victor gloriosus ingre-
diens, Te, ac Unigenitum Tuum per-
petuò videam, Fecumque Eundem in
fæcula sempiterna laudem & glorifi-
cem, largiente id, mediante Tua piissi-
ma intercessione DEO Patre, &
Filio, & Spiritu sancto.

A M E N.

Con-

Conclusio


Ex benedicto ore Thaumaturgæ Matris.

DE VOTE VIATOR! fidelis Cliens!
dilecte fili! pretiosa cordis
mei gemma! jam nunc im-
pertita benedictione Mater-
na, in pace & gaudio Te dimitto, non
tamen deserо! Experieris juxta per-
actæ devotionis intensionem, imò
verò, juxta magnitudinem gratiæ, &
misericordiæ meæ, adjutricem dexte-
ram Matris tuæ. Ast! noli oblivisci
magnæ pietatis meæ! noli oblivisci
Maternæ Protectionis! nè subsequens
collatorum Beneficiorum ingratitudo,
te fortasse novis, & gravioribus, quàm
antehac subjiciat infortuniorum casi-
bus. Quoniam autem devotam
prolem nihil æquè delectat, quàm
præsentem dilectæ Matris vultum
cernere! ideo: utì ego me tibi piam
de-

demonstravi Matrem , Tu Te mihi
 devotum proba filium . Excita &
 conserva ingens desiderium me denuò
 quò citius eò melius , quò frequen-
 tiùs , eò chariùs in sacro hoc Monte
 eoúsque devotissimè visitandi , donec
 dignus inveniaris me in splendidissi-
 mo cœlestis gloriæ throno facie ad
 faciem videndi , in ecumque Divinam
 Majestatem in sœcula sempiterna
 colendi , & benedicendi .

A M E N.





ERRATA.

Col. 10. lin. 4. murificè leg. mirificè.

Col. 15. lin. 2. justis leg. jussis.

Col. 16. lin. 13. hunc leg. hanc.

Col. 19. lin. 16. vident leg. videntes.

Col. 20. lin. 14. humanarum leg. huma-
norum.

Col. 21. lin. ult, sublevantur leg. suble-
vantur.

Col. 26. lin. 18. ferieris leg. feriaris.

Col. 30. lin 14. fastigij leg. fatigij.

Col. 35. lin. 6. gratia tanta le. gratia quanta.

Col. 35. lin. penult. vulnerat leg. vulnerant.

Col. 41. lin. 13. possit leg. possis.

Col. 41. lin. 16. monse leg. monte.

Col. 48. lin. 21. filij leg. filij tui.

Col. 53. lin. 11. expecto leg. expeto.

Col. 53. lin. 12. consolationem leg. con-
solationum.

Col. 54. lin. 4. illsts leg. illis.



111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000

1001
1002
1003
1004
1005
1006
1007
1008
1009
1009
1010
1011
1012
1013
1014
1015
1016
1017
1018
1019
1019
1020
1021
1022
1023
1024
1025
1026
1027
1028
1029
1029
1030
1031
1032
1033
1034
1035
1036
1037
1038
1039
1039
1040
1041
1042
1043
1044
1045
1046
1047
1048
1049
1049
1050
1051
1052
1053
1054
1055
1056
1057
1058
1059
1059
1060
1061
1062
1063
1064
1065
1066
1067
1068
1069
1069
1070
1071
1072
1073
1074
1075
1076
1077
1078
1079
1079
1080
1081
1082
1083
1084
1085
1086
1087
1088
1089
1089
1090
1091
1092
1093
1094
1095
1096
1097
1098
1099
1099
1100

Śląska Biblioteka Publiczna


220496

I

1 tablica

G.

Min. Ośw. 507a — PZWS C850 X. 49



A tablica (k. malayana)

26.7.2009n.

M.R.

Biblioteka Śląska

220496

I

1 tablica

Dok.

Kzg 1 2857/67 100 000